Silvester nat. Romanus ex patre Rufino sed. a. 23. m. 10. XXXIIII.
d. 11. Hic congregavit episcopos 310 et 8 et exposuerunt
fidem catholicam et crisma ab epo confici et baptiza-
tum confirmari. Hic dalmathicas precepit indui.
Hic sacrificium tantum in lineum pannum
involvi. H. ord. ep. 65 pr. 42 di. 26.

Marcus n. Romanus ex patre Prisco sed. a. 2. m. 8. XXXV.
d. 21. Hic constituit episcopos civitatis qui hostias
consecrat pallium uteretur. H. ord. ep. 27. pr. 25.
di. 6.

Iulius n. Romanus ex patre Rustico sedit a. 15. m. 2. XXXVI.
d. 6. Hic constituit ut nullus clericus causam
in publico agere nisi in ecclesia. H. ord. ep. 9. pr. 10
d. 7, di. 4.

Liberius n. Romanus ex patre Augusto sed. a. 6. m. 3. XXXVII.
d. 3. H. ord. ep. 18, pr. 18, di. 5.

Felix natione Romanus ex patre Anastio sed. a. 1. XXXVIII.
m. 3. d. 2. H. ord. ep. 19. pr. 21. di. 5.

Damasus n. Spanus ex patre Antonio sed. a. 18 m. XXXVIIII
3. d. 11. Hic accusatus invidiose de adulterio ex-
purgatus est a 43 episcopis. Hic constituit ut
psalmi die noctuque in aeclesia canerentur. canerentur
H. ord. ep. 72. pr. 31. di. 11.

Siricius natione Romanus ex patre Tiburtio sed. XL
a. 15. Hic precepit paenitentibus in ultimum
viaticum non negare. Hic ordinavit ep. 32. pr.
31. di. 16.

Anastasius n. Romanus ex patre Maximo sed. a. 3 XLI
d. 10. Hic constituit ut quando evangelium
recitatur sacerdos non se erigerent sed curvi
starent. H. ord. ep. 11. pr. 9. di. 5.

Innocentius n. Albanense ex patre Innocentio XLII.
sed. a. 15. m. 2. d. 21. Hic constituit ut qui natus
fuerit de christiana denuo nasci per baptismum.
Hic constituit sabbatum ieiunare quia Dns sabbato
in sepulchro iacuit et discipuli sabbato ieiunarunt.